Q. D. B. V

DE

EXSEQVVTIONE POENAE

PRAESIDE

AVGVSTINO A LEYSER

DYNASTA IN NVDERSDORFF ETC

POTENTISSIMO POLONIARVM REGI ET PRINCIPI ELECTORI SAXONI A CONSILIIS AVLAE AC IVSTITIAE, CONSISTORII ECCLESIASTICI DIRECTORE, CVRIAE PROVINCIALIS AC SCABINATVS ASSESSORE PRIMARIO, ET ORDINIS IVRIDICI ORDINARIO

PATRONO, PRAECEPTORE ATQVE STVDIORVM SVORVM PROMOTORE OMNI PIETATE ET OBSEQVIO COLENDO

IN ACADEMIAE VITEBERGENSIS

AVDITORIO IVRIDICO

AD DIEM XXX. OCTOBR. ANNO CIↃ IↃ CC XLV

DISPVTABIT

IO. FRIDERICVS KOBELIVS

SANGERHVSA-THVRINGVS.

VITEBERGAE

PRELO EPHRAIM GOTTLOB EICHSFELDI
ACADEMIAE A TYPIS.

DE
EXSEQVVTIONE
POENAE

I

Exsequutio poenae inquisitionem sequitur, plerumque tamen sub voce inquisitionis continetur.

II

Igitur is, cui inquisitio vi officii competit, vel commissa est, poenam etiam decernit, et exsequitur,

III

nec non sumptus fert,

IV

quorum magnitudo et multitudo iustitiae multum nocet.

Vti iurisdictionis omnis, ita et criminalis, tres partes sunt, caussae cognitio, sententiae dictio, et exsequutio. Prima pars inquisitio appellatur. Quae vox tamen aliquando generaliter pro ipsa iurisdictione criminali accipitur, atque reliquas duas partes sub se comprehendit. Fit hoc in *c.* 17 *X. de Accusationibus*, et clarius

adhuc in *c.* 21 *X. eodem* verbis: *Inquiſitionis negotium, quam vobis commiſimus terminandam;* item: *poenam poterit iudicantis diſcretio moderari.* Igitur ille, cui inquiſitio committitur, et ſententiam ferre, et hanc exſequi poteſt. Conſequitur hinc porro, eum, qui impenſas in inquiſitionem facere obligatus eſt, etiam ſumptus exſequutionis facere oportere. Dum vero de ſumptibus exſequutionis ago, non poſſum non de nimietate illorum queri. Bonum eſt vtique, exempla in maleficis publice ac ſolemniter ſtatui. At haec ſolemnia plerumque cum tot ſumptibus ſunt coniuncta, vt multos magiſtratus ab inquirendo abſterreant, et ad conniuendum in delictis effugiumque maleficis praebendum moueant. Narrat *Hornius in Additamentis ad Schilteri Inſtitutiones iuris can. lib.* 1 *tit.* 19 §. 15 ſolemnia Erffurti in exuſtione ſacerdotis incendiarii adhibita, ad quae epiſcopos aliquot inuitari non ſine magna aerarii imminutione oportuit. Sed idem et extra Germaniam fit. *Labatus tom. VII des Voyages en Espagne et en Italie cap.* 1 *pag.* 7 *ſqq.* late recenſet caerimonias, quas Centumcellis in ſuſpendio malefici viderit, additque, tale ſpectaculum intra XXX annos ob magnitudinem ſumptuum editum non fuiſſe: *Il y avoit plus de trente ans qu'on n'avoit fait d'execution de mort à Ciuita-Vecchia. Cela doit donner une bonne idée de cette Ville, et faire croire, ou que les gens y ſont bien ſages, ou qu'à l'exemple de certains peuples de France, ils vont ſe faire pendre hors de leur païs, pour ne point deshonorer leurs familles. Il y a une autre raiſon qui fait que la Ville ne s'empreſſe pas beaucoup à demander que ces éxecutions ſe faſſent dans ſon enceinte;*

te; c'est qu'elle en doit faire les frais, et que ces frais sont considerables. Comme il n'y a point d'executeur dans la Ville, on est obligé de faire venir celui de Rome et on lui paye un écu Romain par mille. Il y a quarante-deux milles de Rome à Civita-Vecchia. Ce seul Article monte à 42. écus; il a douze écus pour la potence, et huit écus pour les quatre échelles qui y sont nécessaires, sçavoir, une pour l'executeur, l'autre pour le patient, et deux pour le Confesseur ou Consolateur: quatre écus pour les cordes, et trois pour le savon dont elles doivent être enduites, afin qu'elles coulent plus aisément, et vingt écus pour le repas qu'il doit donner aux Sbires qui ont assisté à l'execution. Cela fait quatre-vingt neuf écus etc. Contrahi igitur oportet et retrahi has impensas, quantum potest. Fecerunt hoc ICti Vitebergenses mense ianuario anni 1739 hunc in modum: Ist die Stadt Mantua, vermöge eines aufgerichteten und gnädigst confirmirten Recesses, die peinlige und Inquisitions-Kosten, wegen derjenigen Delinquenten, so bey denen Stadt-Gerichten in Inquisition kommen, wenn selbige nichts in Vermögen haben, zu bezahlen schuldig. Als nun jetzo ein Vater-Mörder dem Ambte von den Stadt-Gerichten nach geendigter Inquisition, zu Vollstreckung des eingeholten Urthels, und der durch Hochfürstl. Durchl. von der Säckung biß zum Schwerdte und Flechtung auf das Rad gemilderten Straffe, ausgeliefert werden soll, das Ambt aber dieserhalben verschiedene Gerichts-Gebühren, nebst andern zur Execution erforderligen Kosten von der Stadt verlanget, so entstehet die Frage, ob die Stadt oder das Ambt diese Kosten zu tragen schuldig sey. Nun möchte zwar die Stadt vorwenden; es sey die Inquisition geendiget, also die Stadt weite-

weitere Kosten zu tragen nicht schuldig; Alldieweil aber ein jeder es sey bürgerlicher oder peinliger Procefs aus dreyen wesentligen und inseparablen Stücken, nemlich causae cognitione, sententiae dictione und executione, bestehet, und diese letzte sonderlich mit erfordert wird, gestalt die Gerichtsbarkeit ohne derselben, wie die alte Interpretes iuris schreiben, Campana sine pistillo seyn würde, folglich die bey den Stadt-Gerichten wieder den Vater-Mörder angestellte Inquisition vor Vollstreckung des eingeholten und gemilderten Urtheils keinesweges geendet, diesemnach die Stadt Mantua vermöge Recesses die Executions- als einen Theil der Inquisitions-Kosten zu tragen schuldig ist; So ist die Stadt Mantua in gegenwärtigem Falle die Executions-Kosten zu tragen allerdings schuldig. Nachdem jedoch höchst billig, auch dem gemeinem Wesen daran gelegen ist, daß die Inquisitiones wieder die Delinquenten, und die Bestraffung derselben, durch Foderung allzu grosser Belohnung, und Häuffung der Gebühren, nicht schwehr gemacht, noch die Obrigkeiten oder Unterthanen dadurch, die Verbrechere zu verfolgen, und zur Hafft und Straffe zu bringen, abgeschrecket werden, ferner viele der angesetzten Bemühungen, als den ersten Hieb und den ersten Schlag in der Schmiede zu thun rc. eine schlechte Arbeit erfodern, und deren Belohnung, wenn ja einige gefodert werden kan, eben nicht nach Belieben erhöhet, sondern vielmehr der Billigkeit und der Discretion dessen, der sie giebet, überlassen werden müssen, weiter gar nicht abzusehen, woher das Ambt und die Land-Gerichte, da sie ihre Mühe bezahlt bekommen, noch darüber eine Mahlzeit als eine Schuldigkeit fodern können, endlich die vor dem Land-Volcke angesetzte zwey Faß Bier in der Liquidation selbst eine Discretion genennet werden, mithin

mithin der Stadt, ob sie solche beyde, oder auch nur eines aus gutem Willen hergeben wolle, billig überlassen wird; So werden von denen in der Liquidation angeschriebenen Kosten der würckliche Verlag ohne Abzug passiret, die Gebühren insgesamt auf die Helffte, die zwey Faß Bier auf eines herunter gesetzt, und die Mahlzeit, wenn die Stadt solche nicht aus gutem Willen giebt, gar weggestrichen.

V

Reos ad mortem damnatos institutioni sacerdotum committi oportet.

VII

Id ius diu ante Constitutionem Carolinam in vsu fuit.

Ex scriptoribus medii aeui ego semper magni feci *Albericum monachum trium fontium*, cuius Chronicon, etsi secundum *Labbeum tom. I de Script. eccles. p.* 234 ex variis diuersarum aetatum et locorum chronologis in modum centonis consarcinatum sit, non tamen sine delectu excerptum est, et fideliter eos, ex quibus sua accepit, nominat, in quibus multi hodie deperditi sunt, quorum fragmenta nobis conseruauit, ac multa, quae ipse vidit et audiuit, adiecit. Edidit hoc Alberici Chronicon *Leibnitius in Accessionibus historicis.* Deinde vero *Menckenius* optimum Alberici codicem ex Belgio accepit, quem a Leibnitiano in multis locis differre animaduertens, noluit tamen morem aliorum lucri cupidiorum imitari, ac chronicon integrum denuo edere, sed saltem lectiones emendatiores et auctiores, ex codice suo excerptas, *tomo I scriptorum rerum Germanicarum pag.* 37 *sqq.* inseruit. Nescio autem, quo fato Menckenius non viderit, *Leibnitium*

um iam *in fine Accessionum suarum pag.* 584 *sqq.* varias lectiones et emendationes ex collatione cum codice membranaceo addidisse, atque adeo pleraque, quae Menckenius corrigit et supplet, iam correxisse et suppleuisse. Quin imo Leibnitianus codex melior adhuc et plenior Menckeniano fuit, vt ex collatione apparebit. Multa quoque Leibnitius ex suo ingenio in supplemento illo non male emendauit, quae Menckenius omisit. Vno tamen in loco corrigendo Leibnitius lapsus esse videtur. Scripserat nempe *Albericus in Parte II pag.* 215, voluisse Papam, *ne Sacerdotes, Abbates, aut Clerici secularibus occuparentur, neue ad comitatum accedant, nisi pro damnatis erudiendis*. Hic pro: *erudiendis*; Leibnitius: *eruendis*; substituit, atque ita clericis lictorum et vestigatorum munus imponit, quum tamen vox: *erudiendis*; optime se habeat. Apparet scilicet ex ea, *articulos Carolinos* 79 *et* 102, qui reos ad mortem damnatos sacerdotum institutioni committi iubent, antiquissimum ius, iam saeculo XII vsitatum, continere.

VII

Iudex sententiam criminalem confestim post publicationem exsequi potest, ac decendium exspectare necessum non habet,

VIII

quin nec triduum quidem, nisi vbi vltimum supplicium irrogandum est.

Dubia,

Dubia, quae contra has theses moueri poterant, sequenti responso, quod mense octobri anni 1723 nomine ICtorum Helmstadensium exaraui, discussi: Wird zu wissen verlanget, ob der Bürgemeister zu Hohorst daran unrecht gehandelt, daß er ein an ihn aus Churfürstl. Cantzley ergangenes Rescript, worinnen ihm die Einwohnere des Dorffs Mühle wegen erregten Tumults zu bestraffen anbefohlen worden, sogleich exsequiret, und nicht erst den Ablauff der 10. Tage erwartet. Nun seynd wir zwar selbst der Meynung, daß ein Unter-Richter die Execution der in criminel-Sachen gesprochenen Urtheile alsdenn, wenn die condemnirte Person darwieder Appellation, Supplication, Querelam nullitatis einwendet, oder anderweite Defension suchet, aufschieben, und das gesuchte remedium, im Fall solches nicht offenbahr friuolum ist, verstatten müsse. Es scheinet also hieraus zu fliessen, daß er gleichfalls nach Publication des Urthels die zur Rechts-Krafft erforderte 10. Tage abzuwarten schuldig sey, und denen reis durch geschwindere Exsecution diese in Rechten zu Einwendung eines remedii suspensiui verordnete Frist nicht abschneiden könne: Alldieweil aber aus dem Protocollo nicht zu befinden, daß jemand von den reis sich eines remedii wieder das publicirte Rescript bedienet, oder umb Auffschub der Exsecution angesuchet, mithin nicht gesaget werden kan, daß der Bürgemeister die reos zu hören sich geweigert, hiernächst die in Ciuil-Sachen bey dem Beweise und sonsten geordnete Fatalia auf criminel-Sachen, welche auf das geschwindeste expediret werden sollen, nicht zu ziehen seynd, gestallt insonderheit die criminel-Urtheile keinesweges an die ordentlige Fristen gebunden, sondern, wie *Ludouici* in der **Einleitung zum peinligen** *Procefs cap. 10 §. 9* redet, ohne langwierige Verzögerung je eher je lieber vollstrecket werden sollen, immassen so gar die **Peinlige Halß-Gerichts-Ordnung** *art. 79* ein Todes-Urthel gleich 3 Tage nach der Publication zu vollstrecken anbefiehlet, und diese drey Ta-

ge nur zu dem Ende, daß der Verdammte sich zum Tode bereiten könne, verstattet, also selbige in dem Falle, da es auf Geld oder Gefängniß ankommt, nicht einmahl erfodert werden, überdies Christoph Bernhardt Borcherts, welcher den Bürgermeister verklaget, nicht einmahl, wenn er sich gleich eines Remedii suspensiui bedienen wollen, zu hören gewesen, in Erwegung, daß er bey Publication des Rescripts auf vorgegangene Citation nicht erschienen, auch nach abermahliger poenal-Citation wieder ausgeblieben, und ausdrücklich gesaget, er habe nicht nöthig, dieserhalben im Ambte zu erscheinen, ja so gar sich denen, welche das Ambt ihn abzuhohlen gesendet, gewaltsam mit Wercken und schimpffligen Worten wiedersetzet, diesemnach die Rechts-Regul, daß ein Ungehorsamer kein Remedium einwenden könne, *L. I. C. quorum appellationes non recipiuntur*, allhier billig statt findet; So hat der Bürgemeister zu Hohorst daran, daß er das an ihn ergangene Rescript so fort nach dessen Publication zur Execution gebracht, nicht unrecht gehandelt, und ist 10 Tage zu warten nicht schuldig gewesen.

IX

Leges et consuetudines, quae carnifices, lictores etc. macula adspergunt, et e consortione ciuium segregant, aegre cum recta ratione conciliantur, et cum moribus veterum Germanorum aperte pugnant.

X

Conuersatio cum carnificibus, contrectatio rerum ad eos pertinentium, adprehensio maleficorum, neminem macula adspergit.

Insi-

Infamiam, aut potius leuis notae maculam, qua carnifices, ſeu, vt a *Salluſtio in Bello Catilinar. c. 35* adpellantur, vindices rerum capitalium, lictores, et, qui morticinas pecudes tractant, adſperguntur, ego olim ad conſuetudines irrationabiles retuli. At nunc, poſtquam conſuetudinem hanc legibus firmari, atque adeo, vt inſignitior nota eſſet, *in Reformatione politica Imperii de an. 1530 tit. 21* pudendum veſtitum his hominibus praecipi, animaduerto, muto ſententiam, et has leges tunc ſaltem, quum auditoribus meis *legem 20 de Legibus*, quod ſcilicet non omnium, quae a maioribus conſtituta ſunt, ratio reddi poſſit, explico, exempli loco allego. Difficile profecto eſt, cauſſam reperire, quae maiores (*) noſtros mouerit, vt genus hominum, quo carere non poſſumus, quodque reipublicae vtiliſſimum eſt, e numero et conſortione fere humana ſegregarint, ac ad deſerendam cum periculo et diſpendio noſtro hanc vitam probroſam quaſi adegerint, contra luxuriae, voluptatum, faſtus, ludorum miniſtros in honore habuerint, et primo ciuium loco collocarint. Metuo ego profecto, illis aliquando in mentem venturum, conſurgere communiter, renunciare nobis infelicem conditionem et officium ſuum, ſicque neceſſitatem nobis imponere, vt ipſi mortua pecora deglubamus et defodiamus, cloacas purgemus, malefi-

(*) Dum haec, quae ſcripſeram, poſt biduum relego, diſplicere incipit vox: *maiores;* qua vſus ſum. Antiquiſſimi certe Germani, quorum virtutem et fortitudinem tantopere laudamus, et a quibus, quum glorioſius de nobis loquimur, genus noſtrum deriuamus, munus carnificis perhonorificum eſſe crediderunt, atque ſacerdotibus ſuis commiſerunt. Ita certe *Tacitus de Moribus Germanorum cap. 7: Neque animaduertere, neque vincire, neque verberare quidem, niſi ſacerdotibus, permiſſum.* Quare aut delenda eſt vox: *maiores;* aut explicanda de iis maioribus noſtris, qui in ſaeculis illis barbaris et inficetis, quae medium aeuum communiter adpellamus, vixerunt.

cos capiamus, virgis caedamus, decollemus, suspendamus. Quae quum ita sint, laudo ego magis Iaponensium morem, de quo *Kämpfferus dans l'Histoire du Iapon lib. 4 cap. 2 pag. 23*, qui tamen ipse patriis moribus imbutus eum improbat, haec narrat: *Les Tsiosino Mono sont la compagnie des messagers de ville, qui tiennent lieu aussi d'Archers et de Sergens. Leur nom est plus honnête que leur employ, qui consiste principalement à poursuivre et à arreter les criminels. On s'en sert aussi de temps en temps pour les executions publiques, sur tout pour couper la tête. Ils sont tous bons lutteurs et ont une addresse particuliere à surprendre leur antagoniste, et à le mettre hors de defense, quelque soin qu'il ait de se tenir sur ses gardes. Ils portent toujours une corde avec eux pour faire leur office, qui quoiqu' au fond bas et meprisable, est regardé par la loy, comme un office militaire et noble. C'est pour cela, qu'ils portent deux simeterres comme les gentilshommes.* Adde *Strykii Vsum modernum lib. 3 tit. 2 §. 3, 4, 5*, inprimis autem *Caroli VI, Caesaris, edictum* wegen Abstellung derer bey denen Handwercken eingeschlichenen Misbräuche *§. 4*, vbi maculam hanc, etsi non prorsus eluerit, illiniuit tamen, et, ne exstantior esset, effecit. Longe vero ineptior est ille mos, illaque vulgi opinio, qua hi, qui cum excoriatoribus, carnificibus etc. conuersantur, res eorum vel etiam maleficos contrectant, macula notantur. Sed hoc irrisi et refelli satis *in Specimine 52 de Infamia, medit. 7.* Damnauit etiam hunc morem *Carolus VI in edicto*, de quo supra dixi, *§. 13 n. 1.* Verba haec sunt: unter dem falschem Wahn, daraus fliessender jedoch so gar keinen Grund habenden Unredlichkeit, selbst denenjenigen, welche öffters auch wohl blos unwissende, und unversehens, mit Abdeckern getruncken, gefahren, oder gegangen, oder derselben einen, oder ihr

Weib

Weib und Kinder, zu Grabe tragen helffen, oder von dergleichen Begleitung gewesen. Sed tamen haec verba, quamuis clara satis, captationem effugere non poterunt. Rem, vt gesta est, narrabo: Opifex, fimum in agros suos auecturus, quum aliam vecturam reperire non posset, excoriatorem, vt se carro et equis iuuet, exorat. Excoriator, etsi hoc die occupatus esset, nam cadauer furis suspensi de furca detrahendum et auehendum erat, pollicetur tamen liberaliter operam, ac, postquam officium suum fecisset, cum hoc ipso, quo cadauer asportauerat, carro ad opificem venit, amboque fimum in carrum coniiciunt. Re peruulgata, collegae opificis non quidem illum e collegio eiicere audent, veruntamen tanquam pestilentia adflatum auersantur, congredi volentem euitant, rogant monentque, vt tantisper, donec res decidatur, a conuentibus abstineat, ac, eo nihilominus adueniente, ipsi abeunt. Eo maior aerumna erat, quod ille in pluribus sodalitatibus, opificum, sagittariorum, exsequiariorum, der Vogel- und Scheiben-Schützen, der Leichenträger und Begleiter, esset, atque sic quasi a tota ciuitate segregaretur. Et augebat calamitatem mors filii, qui interea decesserat, in cuius funus nemo ex sodalibus venire volebat. Itaque miser, quum aliud remedium non suppeteret, maximam ciuitatis partem in ius vocat, et criminis contra *edictum Carolinum* §. *2 et 5* commissi accusat. Rei se *huius* ipsius *edicti paragrapho 13 n. 1* tuentur, ac ex verbis illis: unwissende und unversehens; arguunt, eum, qui sciens cum excoriatore conuersetur, infamem fieri. Sed ICti Vitebergenses mense augusto anni 1743 sic responderunt: Dieweil die denen Denunciaten beygemessene Ubertretung des Mandats, wegen Abstellung derer bey denen Handwercken eingeschlichenen Mißbräuche, vom 19 Octobr. 1731 §. 2 und 5 in terminis eines blossen Conatus geblieben, jedoch zu Denunciantens Verkleinerung und Beschimpf-

 fung

sung gerichtet, und aus dem 13 §. no. 1 gedachten Mandats, mit Verschweigung der Worte: öffters auch wohl; schlecht entschuldiget wird, so werden Hanß umb 1. Rsch. Johann Michael umb 2 Altsch. Martin und Johann Andreas jeder umb 30 Gr. Johann George, Samuel und Christoph jeder umb 1 Altsch. oder vor jedes halbe Altsch. einen Tag mit Gefängnüß, bestrafft, Johann Gottfrieden seine Begünstigung verwiesen, auch alle zu Bezahlung der verursachten Unkosten in gleichen Theilen angehalten, übrigens denen Denunciaten, Denuncianten diese Sache weiter vorzuwerffen, oder sonst etwas, so zu dessen Verkleinerung gereichen könte, zu sprechen oder zuthun, jedem bey 10 Rthl. Straffe untersaget. Similem in modum mense aprili anni 1744 priuatim consultus respondi, ciues oppiduli cuiusdam per hoc, quod carnificem nuptias facientem cum sponsa in templum deduxerant, ac epulo nuptiali interfuerant, nihil de existimatione sua perdidisse, et eos, qui maculam illis propterea adspergere auderent, poenam mereri.

XI

Sanguinolenta opificia et artes inhonesta non sunt.

Scripseram iam superiora illa, quum vir doctissimus mihique amicissimus, *Abrahamus Kaestnerus*, ICtus Lipsiensis, lucubratiunculam *de Carnifice fama non laborante* mense maio anni 1745 sub eius praesidio e cathedra defensam, ad me mittit, in qua nihil eorum, quae in vtramquae partem disputari poterant, omissum animaduerto. Ipse cum multis auctoribus, quos nominat, et inter quos *Berneggerum in Quaest. 37 ad Taciti Germaniam cap.* 7 collocari etiam oportet, planissime mecum sentit, contrarias nostrae sententiae

tentiae consuetudines damnat, et *ex peruersa ignominiosi laboris imaginatione* ortum trahere ait, additque *in* §. *15: Quis, quaeso, grauis vir exoptet sibi familiaritatem eius, qui solum victum sibi quaerit sanguinolento quasi labore? Indignum quiuis, qui bonam sibi curat famam, putat, eum eligere in amicitia, coniunctione ac necessitudine demum, cuius manus semper humano sanguine madent, quique fere omnem humanitatem deposuisse videtur. Dirum enim maxima hominum pars iudicat, eum, qui nullam intulit iniuriam, iugulare, imo eum summo cruciatu atque ignominia, in maxima hominum corona interficere. Ita enim vulgi sunt iudicia.* Rectissime Kaestnerus ratiocinationes istas vulgi iudicia vocat. Nam si sanguinolentus labor, et manus semper cruore madidae ac iugulatio eorum, qui nullam nobis iniuriam intulerunt, existimationi nocet, lanii et milites etiam infra carnifices ablegandi sunt. Festiuissimus est apologus, quem *Traianus Boccalini*, satyricorum omnium princeps, vt nec Iuuenalem, nec Scioppium, nec Boilaeum, excipiam, *in Relatione ex Parnasso 75 Centuria I* hunc in modum proponit: Vetus illa de principatu inter literas et arma contentio tandem in tribunali Apollineo decidenda erat. Et adsessores quidem, quamuis inclinatione animi in literatos propenderent, principibus tamen acriter flagitantibus hoc iam dederant, vt militiam artem liberalem et scientiam esse pronunciassent. Sed feruente adhuc iudicio intrat repente nouum genus hominum, vestitu sordidum, cruore persperfum, horrendis securibus ac immanibus cultris instructum. Perterritis ad conspectum hunc omnibus et iam tum diffugientibus, homines hi ad Apollinem conuersi: Laniones, inquiunt, sumus, et latae modo sententiae intercedimus. Nam si ars praedandi, oppida incendendi, ciues iugulandi, orbem terrarum vastandi, vera ars ac nobilis scientia est, nostrae quoque arti eundem honorem, titulum et

et dignitatem meliore iure poſcimus, quippe qui non homines, vt genus eorum exſtirpetur, trucidamus, ſed pecora, vt id alamus et conſeruemus, necamus. Auditis his, expalluerunt milites ac indigniſſime tulerunt, ſpurcos iſtos opifices militibus, inter quos tot principes nobilesque perſonae eſſent, aequari velle, iudices vero, ſe iniuriam literatis feciſſe, falſi ſunt, ac ſententiam ſuam retractarunt.